

Paxem dat Deus.

Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. *Nam. 6. 26.*
 Edificavit quoque *(M)* urbes munitas in Juda, quia cretus erat, & nulla temporibus eius bella furxerant, pacem Domino largiente. *2. Paral. 14. 6. 3. Reg. 5. 4. & c. 8. 56. 2. Paral. 19. 18.*

Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. *Iud. 26. 12.*
 Ego Dominus, & non est alter, loymans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. *Ibid. 45. 6.*

Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. *Rom. 15. 33.*

Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. *Ibid. 15. 20.*

Diverte a malo & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. *Psal. 33. 15.*

Veritatem tantum & pacem diligite. *Zach. 8. 19.*

In quantumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. *Luc. 20. 5.*

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes *(sitis)*. *Rom. 12. 18.*

Itaque quæ pacis sunt, sectemur. *Ibid. 14. 19.*

In pace autem vocavit nos Deus. *1. Cor. 7. 15.*

Non enim est dissonans Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum docet, *hominis Paulus. Iud. 14. 33.*

Fructus autem Spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, &c. *Gal. 5. 22.*

Solliciti *(sitis)* servare unitatem spiritus in vinculo pacis. *Ephes. 4. 3.*

Et pax Christi exultet in cordibus vestris. *Coloss. 3. 15.*

Pacem habete cum eis, (qui prestant vobis in Domino.) *1. Thess. 5. 13.*

Secutate vero iustitiam --- & pacem cum iis, qui invocant Dominum. *2. Tim. 2. 22.*

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. *Heb. 12. 14.*

Qui enim vult vitam diligere, & diem videre bonos --- inquiret pacem, & sequatur eam. *1. Petr. 3. 10.*

Pax pñs promissa.

Pax multa diligentibus legem tuam *(Dei)*. *Psal. 118. 165.*

Multiplicatum pacis dabit illis dominus, dabis a Domino. *Iud. 54. 13.*

Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est --- per Moysen servum suum. *3. Reg. 8. 56.*

Pax servatis & impiis nulla.

Non est pax impiis, dicit Dominus. *Ier. 48. 22. Vide verbo romi infra cap. 57. 21.*

Et curabant contritionem filie populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non erat pax, &c. *Sec. Jerem. 6. 14.*

Consulti sunt, quia abominationem fecerunt, &c. *Ibid. 8. 12.*

Paxia & misericordiam promittunt mendaces Propheta.

Et curabant contritionem filie populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax. *Jerem. 6. 14.*

Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? vere mendacium operatus est stylos mendax scribarum. *Ibid. 8. 2.* Consulti sunt quia abominationem fecerunt: quatinus consilio non sunt consili, & cubiletere necierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. *Ib. v. 12.*

Et dixi: A 2 a, Domine Deus, Propheta dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem vestram dabit vobis in loco isto. *Ibid. 14. 13.*

Hæc dicit Dominus exercituum: Noli audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non ex ore Domini. *Ibid. 23. 16.*

Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse edificabat pacem, illi autem sinebant cum iuto absque paleis. *Ezech. 13. 10.*

Hæc dicit Dominus super Prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non desierit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum primum. *Michea 2. 7.*

Cum enim dixerit, pax & securitas: tunc repentinus ei superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis & non effugiet. *1. Thess. 5. 3.*

TITULUS X.

Peccatum & Peccatum.

Peccatumque misera scilicet.

Non sic impius, non sic: sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. Ideo non resurgit impius in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum. Quoniam novit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. *Psal. 1. 4.*

Quoniam tu *(Deus)* percussisti omnes adversarios --- dentes peccatorum contrivisti. *Psal. 7. 8.*

Contu-

Confitemur nequitia peccatorum. *Psal. 7. 10.*

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. *Ibid. 9. 17.*

Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum. *Ibid. v. 18.*

Quia peccatores peribunt. *Psal. 36. 19.* Cum perierint peccatores, videbis. *v. 34.*

Scimus autem quia peccatores Deus non audit. *Johan. 9. 13. & Vide Iud. 59. 2.*

Peccatores quomodo tractandi.

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. *1. Thess. 5. 14.*

Quod si quis non obedit verbo nostro --- hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. *2. Thess. 3. 14.*

Peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. *1. Tim. 5. 20. Vile & ad Titum 1. 13.*

Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem devota, &c. *ad Tit. 3. 10.*

Et hos quidem argueite iudicatos: illos vero salvate, de igne rapientes. *Juda. v. 22.*

Peccati origo.

De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. *Gen. 2. 17.*

Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. *ib. 3. 6.*

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. *Rom. 5. 12.*

1. Cor. 15. 21.

Peccatum originale omnibus hominibus inventum.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? *Job. 14. 4.*

Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? *ib. 15. 14.*

Ece in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. *Psal. 50. 7.*

Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Judæos & Græcos omnes sub peccato esse, &c. *Rom. 3. 9.* Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei. *v. 23.*

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. *Ibid. 5. 12.*

Eramus natura filii iræ, sicut & ceteri. *Ephes. 2. 3.*

Efficit peccati originalis.

Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio homini cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem, sicut feci. *Gen. 8. 21.*

Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. *Eccles. 18. 30.*

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. *Rom. 5. 12.* Si enim unus delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. *v. 17.*

Stipendia enim peccati, mors. Gratiæ autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro. *Ibid. 6. 23.*

Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. *Rom. 7. 8.*

Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. *Ibid. v. 11.*

Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: ut fiat super modum peccatus peccatum per mandatum. *Rom. v. 13.* Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. *v. 17.*

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. *Ibid. 8. 13.*

Stimulus autem mortis peccatum est. *1. Cor. 15. 56.*

Caro enim concupiscit adversus spiritum. *Galat. 5. 17.*

Nos omnes aliquando conversati sumus in hæderis carnis nostre, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & ceteri. *Ephes. 2. 3.*

Peccatum originale tollitur per Baptismum omnino suadentem & culpam.

Ego sum: ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas, &c. *Ista. 43. 25.*

Ece Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. *Johan. 1. 29.*

Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obeditionem, iusti constituentur multi. *Rom. 5. 19.*

Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Jesu. *Ibid. 8. 1.*

Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. 6. 11.*

Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, quæ dilxit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati) & conresuscitavit, & conedere fecit in caelestibus in Christo Jesu. *Ephes. 2. 4.*

Deus

Deus secundum suam misericordiam saluos non fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite eterne. *ad Tit. 3. 5*

Peccatum aliunde multipliciter committitur. Insuperbia.

Quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, confundentur velut a tinea? *Job 4. 19*

Ipsie autem est misericors, & propitiuss fiet peccatis eorum --- Et recordatus est, quia caro sunt. *Psal. 77. 38*

Quomodo miseretur pater filiorum. *Is. 103. 13*. Recordatus est, quoniam pulvis sumus. *Is. v. 14*

Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam. *Sap. 9. 15*

Ignorantia.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis mundane, & ab alienis parce servo tuo. *Pf. 18. 13*

Anima, si peccaverit per ignorantiam, &c. *Lev. 5. 17*

Quod si per ignorantiam praterieris quidquam horum, quae locutus est Dominus, &c. offerenti vitulum de armento. *Nam. 15. 22*. Quod si anima unanctiens peccaverit, offeret capram annuicam. *Is. v. 27*

Pater dimitte illis: non enim sciunt qui faciunt. *Luc. 23. 34*

Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. *1. Tim. 1. 13*

Malitia.

Anima vero quae per superbiam aliquid commiserit, siue civis sit ille, siue peregrinus, (quoniam adversus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo. Verbum enim Domini contempnit, & praeceptum illius fecit irritum. *Nam. 15. 30*

Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem. *Job 15. 35*

Ecce parturit injustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Psal. 7. 15*

Qui relinquunt iter rectum, & ambulat per vias tenebrosas: qui latantur cum malefactorum. *Prov. 2. 13*

Error & tenebra peccatoribus concreta sunt, qui autem exultant in malis consensuerunt in malo. *Eccles. 13. 16*

Et qui vetatur peccare pra inopia. *Ibid. 20. 23*

Peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt, nec absconderunt: vae anime eorum, quoniam reddita sunt eis mala. *Isa. 3. 9*

Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum, peccatum. *Ibid. 5. 18*. Vae qui dicitis malum bonum, & bonum malum. *Is. v. 20*

Concepterunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt: qui comederit de ovis eorum, morietur. *Ibid. 59. 4*

Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt. *Jerem. 9. 5*

Peccatum malum operatur, affectum deservit.

Non est sanitas in carne mea, a facie irae tuae, &c. *Psal. 37. 4*

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum. *Ibid. v. 5*

Propter peccatum afflicti ad peccandum. *Eccles. 3. 29*

Non est enim bene, qui assiduus est in malis. *Ibid. 12. 3*

Duo genera abundant in peccatis, &c. Anima callida, quasi ignis ardens, & non extinguitur, donec aliquid gluciat: & homo scurrator, qui corpora carnis suae non conquist, donec incendat ignem. *Ibid. 25. 21*

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, &c. *Rom. 1. 24*

Meritum impediendo.

Qui in uno peccaverit, multa bona perdet. *Eccles. 9. 18*

Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur: sic qui effugaturus Domino, portans mercedem iniquitatis: videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens Virginem & suspirans. *Eccles. 30. 19*

Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat --- Sed iniquitates --- & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis, ne exaudiret. *Isa. 59. 1*

Si autem averterit se justus a justitia sua --- omnes justitiae ejus quas fecerat non recordabuntur. *Ezech. 18. 24*

Justitia justus non liberabit eum in quacumque die peccaverit --- & justus non poterit vivere in justitia sua, in quacumque die peccaverit. Etiam si dixerit justo, quod vita vivat, & iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. *Ibid. 33. 12*

Cum enim recesserit justus a justitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. *Is. v. 18*

Et omnis, qui peccat, non videt eum (Deum). *1. Joan. 3. 6*

Salubriter est difficile bene vitatur.

Nonne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum aderit? *Gen. 4. 7*

No. 1

Non est enim homo, qui non peccet. *3. Reg. 8. 46*

Qui fodit foveam, incidet in eam. *Prov. 26. 27*

Non est enim homo justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Eccles. 7. 21*

Qui amat periculum, in illo peribit. *Eccles. 3. 27*

Quis miserebitur incantatori a sepeve percusso. *Ibid. 12. 13*

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *Ibid. 13. 1*

Fili, peccasti? non adicias iterum: sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur.

Quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesserit ad illa, suscipiant te. Deus leonis dentes ejus, interficientis animas hominum. Quasi thomphaea bis acuta omnis iniquitas, plaga illius non est sanans. *Ibid. 21. 1*

In vanitate sua apprehendit peccator. *Ibid. 23. 8*

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. *Math. 26. 41*

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiae ejus. *Rom. 6. 12*. Peccatum enim vobis non dominabitur. *v. 14*

Condoleo enim legi Dei secundum interitum hominem. *Ibid. 7. 25*

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Jesu. *Ibid. 8. 1*

Nonnam enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes. *Heb. 12. 4*

Si licerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *1. Joan. 1. 8*

Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit. *Ibid. 3. 9*

Graviter juvatur.

Dominus patiens, & multae misericordiae, auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in terram & quartam generationem. *Nam. 14. 18*. Exod. 20. 5

Justitia elevat gentem: miseris autem facit populos peccatum. *Prov. 14. 34*

Vultus autem Domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. *Pf. 33. 17*

Ex adhuc pusillum, & non erit peccator. *Ibid. 36. 10*

Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. *Ibid. v. 20*

Peccata quae peccat quis, per haec & torquetur. *Sap. 11. 17*

Bona bona creata sunt ab initio, sic nequissima bona & mala. *Eccles. 29. 30*

Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, femini nequam, filiiu sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt relictis. Super quo percutiam vos ultra, addentes praevagationem? omne caput languidum, & omne cor merens. *Isa. 1. 4*. Terra vestra deserta, civitates vestrae succense igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant. *v. 7*

Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum. *Ibid. 15. 7*

Quis dedit in direptionem Jacob, & Israel vastantibus? nomine Dominus ipse, cui peccavimus? Et noluerunt in viis ejus ambulare, --- Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum. *Ibid. 47. 14*

Sed iniquitates vestrae dividerunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis, ne exaudiret. *Ibid. 59. 2*

Quam ob rem prohibita sunt stille pluviarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisse erubescere. *Jer. 3. 3*

Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt, & abierunt. Et non dixerunt in corde suo: Meruimus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinum in tempore suo, plenitudinem annuae messis custodientem nobis. Iniquitates vestrae declinaverunt haec: & peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis. *Is. 5. 23*

Non est tva in vitibus, & non sunt ficus in ficulis, solum defluxit: & sedi eis, quae praegressae sunt. --- Conventite, & ingrediamur civitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus Deus noster flere non fecit, & potum dedit nobis aquam sellis: peccavimus enim Domino. *Ibid. 8. 13*

Expectavimus pacem, & non erat bonum: tempus melelae, & ecce formido. *Ibid. v. 15*

Propter multitudinem iniquitatis tuae revelata sunt vercundiora tua, pollutae sunt plantae tuae. *Ibid. 13. 22*

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis (peccatis vestris), in quibus nunc erubescitis? *Rom. 6. 21*

Aeternaliter.

Pluet super peccatores laqueus. *Psal. 10. 7*

Iniquitates vae captivi impij, & funibus peccatorum suorum constringitur. *Prov. 5. 18*

Clementia praeparat vitam: & seclatio malorum mortem. *Ibid. 11. 19*

Si justus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? *Ibid. v. 31. 1. Petr. 4. 18*

Peccantem virum iniquum involvet laqueus. *Ibid. 29. 6*

Malorum amatores, digni sunt morte. *Sap. 15. 6*

Thesaur. Biblic.

Leo venationi insidiat se semper; sic peccata operantibus iniquitates. *Eccli. 27. 11*
 Vt impio in malum; retributio enim manum ejus fiet ei. *Ips. 3. 11*
 Et vos qui dereliquisti Dominum, &c. *Ibid. 65. 11. per totum.*
 Venis enim non morietur, & ignis eorum non extinguetur. *Ibid. 66. 24. Matc. 9. 47*
 Dominus in confusione nostra, &c. *Jerem. 3. 25*
 Discedite a me maledicti in ignem aeternum, &c. *Matth. 25. 41*

Quid peccatum esset in homine erubescendum, patet ex hoc, quod in statu innocentie erant primi parentes, uidi, & non erubescunt, post peccatum vero sibi statim conscientia fuerunt.

Gen. 2. 25. &c. c. 3. 7
 Peccatum peccatorem terret, unde Adam postquam peccavit, volebat se abscondere a facie Domini.

Ibid. 3. 8
 Peccatum etiam facit hominem timidum: unde Adam post peccatum dixit: Timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. *Ibid. v. 10*

Enimvero sceleris clamor pro vindicta ad aures Dei: Vox sanguinis fratris tui, (loquitur Deus ad Cain) clamat ad me de terra. *Ibid. 4. 10*

Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverit: an non est ita, ut loquam. *Ibid. 18. 20*

Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhon sulphur & ignem a Domino de caelo: & subvertit civitates has; & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terrae vicinita. *Ibid. 19. 24. Sic peccata temporaliter gravi puniunt Deus peccatum quatuor, ut etiam patet in Adam & Eva Gen. 3. in Cain Gen. 4. in diluvio Gen. 6. in filii Israel ventosities, & alibi.*

Peccata propter peccatum recipiebant se a Domino flagellata, dicens: Peccavi in Dominum Deum vestrum & in vos. *Exod. 19. 16*

Tradidit filii Israel malum in conspectu Domini --- iratusque Dominus contra Israel tradidit eos in manus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt eos. *Judic. 2. 11*

Peccatum ipsum peccatorem quiescere non permittit, unde percussit eor. David postquam numeravit se populum: Et addidit furor Domini Israeli contra Israel, commoriturque David in eis, dicens: Vade numerus Israel & Judam. *2. Reg. 24. 1*

Salomonem sapientissimum peccatum infestavit, ipsum etiam famam maculavit; *3. Reg. 11. 3. hinc Eccli. 47. 22. exat de Salomone: Dediti maculam in gloria tua, &c.*

Postquam Jeroico rex Juda regna nonnulla per vias Regum Israel possiderat, recessit Edom de eo, & noluit ei tributum solvere consuetum. *4. Reg. 8. 18*

Est multa istorum Israel, qua commemorantur, factura; sequitur: translatusque est Israel de terra sua, &c. *Ibid. 17. 23*

Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram se, propter peccata Manasse universa quae fecit, & propter sanguinem innoxium, quem effudit, & implevit Jerusalem cruore innocentium; & ob haec rem noluit Dominus propitiari. *Is. 24. 3*

Audite cali, & auribus percipite terra! quoniam Dominus locutus est. Filios eunivri & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Commovit hos possessorem suum, & animus praesepi Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, &c. *Is. 1. 2.*

Obstupescite cali super hoc, & portae ejus desolantini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquae viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissepatas, quae continere non valent aquas. *Jerem. 2. 13*

Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquiste te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. *Ibid. v. 19*

Hec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Vos vidistis omne malum istud, quod adduxi super Jerusalem, & super omnes urbes Juda: & ecce deserta sunt hodie; & non est in eis habitator: propter malitiam, quam fecerunt, ut me ad iracundiam provocarent, &c. *Ibid. 44. 2. Is. 3. 8. c. 5. 24*

Ex non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominaciones, quas fecistis; & facta est terra vestra in desolationem, & in suporem, & in maledictum, &c. *Ibid. v. 22*

Propter multitudinem iniquitatum Jerusalem, desolatam Jerusalem misererrimam ipse statum Thren. 1. 5. *Vide totum caput.*

Profunde peccaverunt --- recordabitur iniquitatis eorum Deus, & visitabit peccata eorum --- Abianitae sunt in confusione, & facti sunt abominabiles. *Osai 9. 9. Vide totum caput, immo omnia capita & versus hujus Prophetiae.*

Cum sanasset Dominus Jesus hominem languidum, in grabato jacentem, invitavit eum in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne detentis tibi aliquid contingat. *7. 5. 14*

Mulier in adulterio deprehensa, & a Judaeis coram Domino accusata, dixit Christus: Vade, & jam amplius noli peccare. *7. 8. 11*

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis (in peccatis vestris) in quibus nunc erubescitis? Nam finis illosum mors est. *Rom. 6. 10*

Et prolapsi sunt --- rursus crucifigentes sibi metipsum filium Dei, & ostentui habentes. *Heb. 6. 6*

Peccavimus in conspectu tuo, & iccirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. *Psalm. 14. 6. Judith 7. 17. c. 8. 26*

Deus castigat nos, propter iniquitates nostras. *Tob. 13. 5*

Si nolueris (nos) audire, & si nolueris ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeletatem, & maledicam benedictionibus vestris, &c. *Malach. 2. 2*

Peccata castigat Deus etiam in Saulti.

Dixitque Domidus ad Moylem & Aaron. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. *Num. 20. 15. Vide & c. 27. 12. Deut. 32. 49*

Dicit Moyses: Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus Dominus propter vos, dixerit: Nec tu ingrediens illuc, &c. *Deut. 1. 37*

Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod delixeris me, & tuleris uxorem Uriae Hebraei, ut esset uxor tua, &c. *2. Reg. 12. 10. 3. Reg. 11. 21*

Cumque vidisset Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeljan dicens: Quia humiliati suat, non disperdam eos, daboque eis panillum auxilii, & non stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sefac. Veritatem servient ei, ut sciant distantiam servitutis meae & servitutis regni terrarum. *2. Par. 12. 7*

Ipsa (Domi) castigavit nos propter iniquitates nostras: & ipse salvabit nos propter misericordiam suam. *Tob. 13. 5*

Et furaxit Jonas ut fugeret in Tharsis a facie Domini, & descendit in Joppen, & invenit navem euntem in Tharsis: & dedit naulum ejus, & descendit in eam, ut iter cum eis in Tharsis a facie Domini. Domidus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri, &c. *Jona 1. 3*

Peccata non sunt actualia nec parva.

Hec dicit Dominus Deus: Ita est Jerusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras, Et contempserit iudicia mea, ut plus esset impia, quam Gentes: & praecepta mea ultra quam terra, quae in circuitu ejus sunt. *Ezech. 5. 7*

Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti paucillum minus: bene celebratione fecisti illis in omnibus viis tuis. *Ibid. 16. 47. Vide v. 57. 52*

Quod cum vidisset soror ejus Ooliba, plus quam illa instavit libidine: & fornicationem super fornicationem fororis suae (fecit), &c. *Ibid. 23. 13*

Amen dico vobis: Tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhorum in die iudicii, quam illi civitati. *Matth. 10. 15. Vide similia verba c. 11. v. 22. & 24. c. 23. 17. Luc. 10. v. 12. & 14*

Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui --- & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit mervis. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc. 12. 47*

Respondit Jesus (Pilato): Non haberes potestatem ad verum me illum, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. *Jona. 19. 11*

Nic: pater peccatorum tuorum.

Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennae: ignis. *Matth. 5. 22*

Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissus erit, quam illi civitati. *Luc. 10. 12. Vide & v. 14. Matth. 10. 15*

Peccati mortalis & venialis differentia.

Quotiens si inimicus meus maledixit mihi, sustinui eum utique --- Tu vero homo vanitatis, Dux meus, & notus meus. *Ibid. 54. 13*

Septies enim (in die) cadet iustus, & resurget. Ergo dantur peccata, cum quibus sint iustitia. *Prov. 24. 16*

Affer Christus triplex peccatum veniale, & tertium dicitur dignum gehenna promotione. *Mat. 5. 22*

Comparat Christus peccata stabili & fluxu, *Ibid. 7. 3*

Comparatur peccatum canela & culicis. *Ibid. 23. 24*

De Zacharia & Elisabeth dicitur: Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. *Luc. 1. 6. Hoc autem non carnis peccati venialibus, nisi est Apollonius de se & similibus sui dicens; v. 10. 1. 8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: ergo peccata venialia non solvunt amicitiam cum Deo.*

In multis enim offendimus omnes. *Jac. 3. 2*

Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. *1. 7. 5. 16*

Peccatum in Spiritum sanctum.

Ideo dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemis non remittetur. *Matth. 12. 31.*

Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemie, quibus blasphemaverunt; qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti. *Matth. 12. 31.*

Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittitur illi; ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur. *Luc. 12. 10.*

Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti — & prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam. *Heb. 6. 4.*

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquuntur pro peccatis hostia, terribilis autem quaedam expectatio iudicii, & ignis amulatio, quae consumptura est adversarios. *Ibid. 10. 26.*

Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. *1. Jo. 5. 16.*

Peccatum in calum & vindictam clamari.

Dixitque ad eum (Cain) Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Gen. 4. 10.* Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorrhorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. *Ibid. 18. 20.*

Si laeserit eos (supplices & viduas) vociferantur ad me, & ego audiam clamorem illum. *Exod. 22. 23.* Vide & v. 27.

Nonne lacrima viduae ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad caelum, & Dominus exauditor non desistat in illis. *Ecclesi. 35. 18.*

Ecce merces operatorum, qui mesuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamor, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. *Jac. 5. 4.*

Peccatum contra naturam.

Lib. Angeli hostio suscepit, a Sodomitis vino satius, cum uxore & utraque filia a Sodomitis repens incendio, uxorem in via amisit, sandalorumque inscribit cum utraque filia incestum ignorans commisit, unde ortum habuerunt Moabites, & Ammonites. *Gen. 19.*

Cum Levita uxorem suam a parvulo domo reducere, ipsa a Gabaonitis (qui tribus erant Benjamin) prodigiosa illudine exiit, & a marito in duodecim partibus corpore scisso, ad singulas tribus singula portiones missa sunt. *Judic. 19.*

Qui dormiit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos, &c. *Lev. 10. 13.*

Similiter autem & masculi, relicto naturali usu femina exarcent in desideris suis in invicem, masculi in masculos turpidinem operantes & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. *Rom. 1. 27. 1. Tim. 1. 10.*

Neque fornicarii — neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, &c. regnum Dei possidebunt. *1. Cor. 6. 9.*

Peccatum ex ignorantia.

Loquere filiis Israel (ait Dominus ad Moysen): Anima, quae peccaverit per ignorantiam, & de universis mandatis Domini, quae precepit, ut non fierent, &c. offerat pro peccato flos vitulum immaculatum Domino. *Lev. 4. 2.*

Anima, si praevicinas caeremonias, per errorem, in his quae Domino sunt sanctificata, peccaverit, offerat pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui cuni potest duobus ioculis, iuxta pondus Sanctuarium. *Ibid. 5. 15.*

Quod si anima una neficiens peccaverit, offerat capram annuam pro peccato suo; & deprecabitur pro ea sacerdos, quod iniusta peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. *Nom. 15. 27.*

Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illi: non enim sciunt, quid faciunt. *Luc. 23. 34.*

Dixit ei Iesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet. *Johan. 9. 41.* Actoi. 3. 17.

Si opera non fecistis in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderant, & oderunt & me, & Patrem meum. *Ibid. 15. 21.*

Inquit Petrus: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri. *Actoi. 3. 17.*

Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei confectus sum, quia ignorans leci in incredulitate. *1. Tim. 1. 13.*

Peccatum ex malitia & data opera.

Anima vero, quae per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus, (quoniam adversus Dominum rebelis fuit) peribit de populo suo. *Nom. 17. 30.*

Initium superbiae hominis, apostatare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati est superbia. *Ecclesi. 10. 14.*

Di.

Dicentes (Seniores Judaeorum dederunt militibus custodieruntque sepulchrum Domini copiosam pecuniam.) Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. *Matth. 28. 13.*

Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nefecitis quidquam, &c. *Johan. 11. 49.*

Gustaverunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti: gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque faculi venturi, & prolapsi sunt: rursus crucifigentes sibi semetipsos filium Dei, & ostentui habentes. *Heb. 6. 4.*

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquuntur pro peccatis hostia, terribilis autem quaedam expectatio iudicii, & ignis amulatio, quae consumptura est adversarios. *Ibid. 10. 26.*

Peccata aliena.

Peritiam legem tulit, ut Hebraeorum infantes, statim ubi nati essent, occiderentur. Mors ergo omnium infantium illi imputatur, licet eos propriis manibus non occiderit. *Exod. 1. 16.*

David dicit Uterque Uria ferendus ad Joab militiae supremum ducem, quibus imperabat ipse, ne Uriam posset ex adverso belli, ubi fortissimum esset praesidium, & ibi percussus interiret, quod etiam factum est. *Hinc 2. Reg. 11. 14.*

Reprehenditur David, quod Uriam occiderit, licet ipse manum non admoveverit. *Ibid. 12. 9.*

Horridi alieni manibus infantes a bimata & infra occidi praecipit. *Matth. 2. 16.*

Caiphas consilio suo senatum Judaicum permovet, ut necem Christi decernerent. *Johan. 11. 50.*

Filius: propriis manibus Christum non interfecit, rursus tamen est eius maritus, quia illum non impedit, cum rationis esset, & auctoritatis sua eum impedire posset, & debuisse. *Ibid. 19. 16.*

Judaei rei sunt maritus Christi, licet propriis manibus eum non crucifixerint, quia eius mortem postularunt, & consenserunt eius neci. *Hinc Ibid. v. 15.*

Merito sanctus Petrus Judaeis exprimit: Auctorem vero vitae interfecistis, *Actoi. 3. 15.*

Cum lapidaretur Stephanus, Sautus erat consuetudo neci eius, & ideo rursus huius neci: licet propriis manibus eum non lapidaverit. *Ibid. 7. 59.*

Herodias rea est necis Joannis Baptistae, nam illius consilio saltatrix filia innocentissimi viri caput petiit, & nefarie imperavit. *Marci. 6. 24.*

Peccatis alienis non communicandum.

Procurator uxorem Tobiae, viro obiciente, quod propter elemosinas suas, & alia pia opera ad pauperum & angustiarum magnas domus essent redacti. *Tob. 2. 22.*

Qui cum fure participat, odit animam suam. *Prov. 29. 24.*

Nolite ergo effici participes peccatorum. *Ephes. 5. 7.*

Neque communicaveris peccatis alienis. *1. Tim. 5. 22.*

Propter peccatum unius aut paucorum puniuntur multi.

Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait: Separavi de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt prae in faciem, aquae dixerunt: Portissime Deus Spiritum universae carnis, num uno peccante contra omnes ira tua deleverit? &c. *Nom. 16. 20.* Vide etiam *Gen. 3. 1. &c.*

Explorata urbe Hai cecidit populus Israel hostibus propter furtum Achan. *Josue 7.*

Propter scelus horrendum quorundam contra uxorem Levitae, pugnantis relique tribus adversus eum Benjamin, ipsam praeter sexcentos, qui in solitudinem fugerant, penitus deleverunt. *Judic. 19. 20.* Ob peccatum regis David perit in populo 70000. *interemit. 2. Reg. 24.*

Peccato veniendum est.

Dilige ab iniquo, & deficient mala abs te. *Ecclesi. 7. 2.*

Ut quomodo Christus surrexit a mortuis &c. ita & nos in novitate vitae ambulemus. *Rom. 6. 4.*

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus, &c. *Ibid. v. 12.*

Renovamini autem Spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciam, loquimini veritatem — Irascimini, & nolite peccare — nolite locum dare diabolo: qui furabatur, jam non augetur, &c. *Ephes. 4. 23.*

Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem — expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, &c. *Coloss. 3. 8.*

Deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum. *Heb. 12. 1.*

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, &c. *1. Petr. 4. 1.*

Thesaur. Biblic.

D d 3

Ut

Ut jam non desideris hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis, &c. *1. Pet. 4. 2.*

Peccati delictio.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo. *1. Sal. 6. 7.*

Domine: Delictum meum cognovit tibi feci: & injustitiam meam non abscondi. Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno. *Ibid. 31. 5.*

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus. *Ibid. 41. 12.*

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. *Ibid. 50. 19.*

Contige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. *Ibid. 118. 120.*
Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Prov. 28. 13.*

Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari. *Ecli. 1. 27.*
In omnibus operibus tuis memorare novissimam tuam, & in aeternum non peccabis. *16. 7. 49.*
Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Luc. 7. 47.*

Peccatum tollitur per Christum.

Agnes enim peccaverunt, & egerit gloria Dei. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum, &c. *Rom. 3. 23.*

Multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius (Christi) salvi erimus ab ira per ipsum. *Ibid. 5. 9.*
Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. *Ibid. v. 15.*

Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantem gratiae, & donationis, & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Igitur licet per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in justificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam, iusti constituentur multi. *Ibid. v. 17.*

An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? *Ibid. 6. 3.*

Inelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. *Ibid. 7. 24.*

Nihil ergo nunc damnationis est vobis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vitae in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis. *Ibid. 8. 1.*

Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, quia dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cujus gratia estis salvati, & consecravit, & confederavit in celestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in facultis supervenientibus abundantes divitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Jesu. *Eph. 1. 4.*

Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur creditibus. *Galat. 3. 23.*

Peccatum solus Deus propria auctoritate remittit potest.

Qui custodis misericordiam in millia: qui auferis iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. *Exod. 34. 7.*

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo. *Ps. 18. 13.*

Delictum meum cognovit tibi feci, & injustitiam meam non abscondi. *Ibid. 51. 3.*

Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. *Ibid. 102. 12.*

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatum tuorum non recordabor. *Isa. 43. 27.*

Delevi ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua; revertere ad me, quoniam redemi te. *Ibid. 44. 22.*

Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. *Jer. 31. 34.*

Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccaverunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus delinquerunt mihi, & spreverunt me. *Ibid. 33. 8.*

Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuae?

tuae? non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reverteretur & miseretur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. *Mich. 7. 18.*

Dimitte (Domine) nobis debita nostra. *Matth. 6. 12. Luc. 11. 4.*

Et ecce offerebant ei Paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit Paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *16. 9. 2. Idem Marc. 2. 5. Luc. 5. 20. verbatim.*

Dixit autem ad illum (Magdalanum) Remittuntur tibi peccata tua. *Luc. 7. 48. c. 11.*

Peccatum sacerdos dimittit divina auctoritate.

Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo. *Matth. 18. 18.*

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. *Jer. 40. 23.*

Peccatum remittitur per Christum.

Ipsa autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanati sumus. *Isa. 53. 5. Vide not. cap.*

Septuaginta hebdomadae abbeveratae sunt super populum tuum -- ut consummaretur praevaticatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. *Dom. 9. 24.*

Pariet autem (Maria) filium, & vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. *Matth. 1. 21. Luc. 1. 31.*

Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Ibid. 9. 2. Idem habetur Marc. 2. 5. verbatim & Luc. 5. 18.*

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Ibid. 11. 28.*

Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis. *Ibid. 20. 28.*

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum. *Luc. 1. 77.*

Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Ibid. 5. 24.*

Et dixit eis: Quamvis sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die: & praedicari in nomine ejus poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. *Ibid. 24. 46.*

Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce, Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. *Jean. 1. 29.*

Petrus vero ad illos: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2. 38.*

Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum, &c. *16. 4. 12.*

Haec omnes Prophetarum testimonia perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. *Ibid. 10. 43.*

Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiat: & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi justificari. *Ibid. 13. 38.*

Qui (Christus) traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. *Rom. 4. 25.*

Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. *Ibid. 5. 9.*

Et haec quidam fuisse: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. 6. 11.*

Tradidi enim vobis in primis, quod & accipi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas. *Ibid. 15. 8.*

Eum (Christum), qui non noverat peccatum, (Deus) pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. *2. Cor. 5. 21.*

Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praeterito saeculo nequam, &c. *Galat. 1. 3.*

In quo (Christus) habemus redemptionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae. *Colos. 1. 14.*

Et vos, cum mortui estis in delictis, & praepatio carnis vestrae, convivificavit (Deus) cum illo (Christo) donans vobis omnia delicta, &c. *Ibid. 2. 13.*

In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus, quae superabundavit in nobis in omni sapientia & prudentia. *Eph. 1. 7.*

Dei abundantia abundantes divitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Jesu. *16. 2. 7.*

Eph. 5. 25. 1. Petr. 2. 18.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. *1. Tim. 1. 15.*

Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, seductorem honorum operum. *ad Tit. 2. 14.*

Scientes quod non corruptibilibus aut vel argento redempti estis de vana vestra conversatione patrem traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. *1. Pet. 1. 18.*

Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitia vivamus: cuius livore sanati estis. *Ibid. 2. 24. Heb. 1. 3.*

Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. *Ibid. 3. 18.*

Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, & societatem habemus ad invicem, & sanguis Jesu Christi, filii ejus, emundat nos ab omni peccato. *1. Joan. 1. 7.*

Scribo vobis filii, quoniam remittantur vobis peccata propter nomen ejus. *Ibid. 2. 12. esp. 2. 3.*

Gratia vobis & pax &c. & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrarum, qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, &c. *Apoc. 1. 4.*

Peccatum non solvitur non impetratur, sed etiam rursus remittitur, & anima abluatur & mundatur.

Cor mundum esse in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis. *Pf. 50. 13.*

Petrus vero ad illos: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2. 38.*

Et hac quidam fuisse: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. 6. 11. 2. Pet. 1. 9.*

Si constitimur peccata nostra, fidelis est & iustus (Deus) ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. *1. Joan. 1. 9.*

Peccata an sine remissa, certe scire non possumus.

Cumque quaesieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animae tuae. *Deut. 4. 19.*

Si iustificare me volueris, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. *Job. 9. 20.*

Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. *Ibid. v. 28.*

Quid enim factam, cum turrexerit ad iustificandum Deus? & cum quaesieris, quid respondebo illi? *Ibid. 31. 14.*

Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: & ab alienis parce servo tuo. *Pf. 18. 19.*

Quis potest dicere: Mundum est cor meum? purus sum a peccato? *Prov. 20. 9.*

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo, qui semper est pavidus. *Ibid. 28. 13.*

Sunt iusti atque sapientes: & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta. *Eccles. 9. 1.*

De propitio peccato nobis esse sine meta. *Eccles. 7. 1.*

Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi confisus sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. *1. Cor. 4. 3.*

Cum metu & tremore vestram salutem operamini. *Philip. 2. 12.*

In timore incolatus vestri tempore conversamini. *1. Pet. 1. 17.*

Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. *2. Pet. 1. 10.*

Relapsus in peccatum cavendus.

Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! *Jerem. 2. 36.*

Neque adiecta peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miseretur. Misericordia enim & ira ab illo cito proxima, & in peccatores respicit ira illius. *Eccles. 7. 5.*

Fili, peccasti: non adiecta iterum: sed & de prorsum deprecare, ut tibi dimittantur, &c. *Ibid. 21. 1.*

Cum autem imundus spiritus exierit ab homine, -- dicit: Revertar in domum meam, unde exivi -- Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum aequiores se, & intrantes habitant ibi, & sunt novissima hominis illius peiora prioribus. *Matth. 12. 43.*

Dixit Jesus Paralytico: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Jean. 5. 14. idem dixit ad adulteram c. 8. 11.*

Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt: rursus renovari ad poenitentiam, &c. *Heb. 6. 4.*

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia. *Ibid. 10. 26.*

Si enim resurgentes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi.

Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus: melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem, retrosum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis revertens ad suum vomitum, & Sus lota in volutabro lutu. *1. Pet. 2. 20.*

Sicut canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. *Prov. 26. 11.*

Peccanti in nos fratri condonandum. Vide remittendum &c.

Peccatorum confessio. Vide Confessio, & Poenitentia.

TITULUS XI.

Peculium.

Peculium Dei vocatur eius populus.

Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. *Exod. 19. 5.*

Nolla sit tibi cum gentibus societas, sed simulacra eorum detestare, &c. Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. *Deut. 6. 6. Idem verbatim c. 14. 2.*

Erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parvit vir filio suo, servient tibi. *Malach. 3. 17.*

Christus in propria venit, & sui cum non receperunt. *Jean. 1. 11.*

Qui (scilicet Christus) est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. *Ephes. 1. 14.*

Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, seductorem honorum operum. *Tit. 2. 14.*

Vos autem genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. *1. Pet. 2. 9.*

Pactum lotio, vide supra Lotio.

TITULUS XII.

Peregrinus & Peregrinatio.

Peregrinus beneficiendum est.

Cumque elevarer (Abraham) oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cum vidisset, ecurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. Et dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum, sed afferam pauxillum aquae, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore, &c. *Gen. 18. 2.*

Advenam non contristabis, neque affliges eum: advenam enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. *Exod. 22. 21.*

Peregrino molestus non eris: scitis enim advenam animas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. *Ibid. 23. 9.*

Si habitaverit advena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobetis ei: sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos advena in terra Aegypti, ego Dominus Deus vester. *Lev. 19. 33.*

Postquam autem mesueritis segetem terrae vestrae, non fecabitis eam usque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester. *Ibid. 23. 22. supra c. 19. 9.*

(Deus) Pacit iudicium pupillo, & viduae, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis advena in terra Aegypti. *Deut. 10. 18.*

Peregrino, qui inter portas tuas est, da ut comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. *Ibid. 14. 21. & c. 26. 11.*

Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, si ve advenam, qui recum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam. *Ibid. 24. 14.* Non pervertes iudicium advenae & pupilli, nec auferes pignoris loco viduae vestimentum. *v. 17.*

Populi terrae (Judae) calumniabantur calumniam, & rapiabant violenter: egenum & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumniam, absque iudicio. *Exech. 22. 29. c. 47. 21.*

(Ait Dominus) Iudicium verum iudicate -- Et viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari: & malum viri fratris suo non cogitet in corde suo. *Zach. 7. 9.*

Peregrini sumus & advena in hoc saeculo.

Dicumque est ad eum (Abrahamum) Scito praesens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiciet eos servituti, & affligent quadringentis annis. *Gen. 15. 13.*

Advena sum & peregrinus apud vos (*ait Abraham ad filios Hebræum cum plangerent Saram matrem ejus uxorem*): Date mihi jus sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. *Gen. 23. 4*
 Quot sunt dies annorum vite tue? (*ait Joseph ad patrem suum Jacob*) Respondit Jacob: Dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt; pravi & mali, & non pevenereunt ulque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. *Ibid. 47. 8*

Peregrini enim sumus coram te, & advena, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. *1. Par. 29. 15*

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. *Ps. 118. 19*

Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino. *2. Cor. 5. 6*

Nostra autem conversatio in cælis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. *Philipp. 3. 20*

Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repositionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. *Heb. 11. 13*

Carissimi, obsecro vos tanquam advenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militat adversus animam. *1. Pet. 2. 11*

Peregrinationes religionis gratia susceptæ, sunt utiles.

Jussit Deus ut tribus vicibus per annum appareret omne masculinum in conspectu Domini Dei — in loco quem elegerit. *Deut. 16. 16. Exod. 23. 17. & 34. 23. Quod diligenter observavit Eleasa & Anna uxor eius. 1. Reg. 1. 3. & ipse Christus cum matre sua & Joseph venit adorare in Jerusalem. Luc. 2. 42*

Insuper & alienigena qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis & brachium tuum extensum, ubique) cum venerit ergo & oraverit in hoc loco: tu exaudies in celo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena: ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi. *3. Reg. 8. 41*

Misitque ad eum (*Naaman*) Eliseus nuntium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. *4. Reg. 5. 10*

TITULUS XIII.

Perfectio.

Perfectio Caritatis.

Qui autem servat verbum ejus (*Dei*) vere in hoc caritas Dei perfecta est. *1. Jo. 2. 5*
 Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta est. *Ibid. 4. 12*

In hoc perfecta est caritas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. *Ibid. v. 17*

Ut evadamus perfecti eritendum est.

Dicit Deus ad Abraham: Ambula coram me, & esto perfectus. *Gen. 17. 1*

Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo. *Deut. 18. 13*

Nunc ergo time Deum, & serve ei perfectus corde, atque verissimo. *Josue 24. 14*

Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. *Matth. 5. 48*

Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, &c. *Ibid. 19. 21*

Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. *1. Cor. 1. 10*

Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote: sensibus autem perfecti estote. *Ibid. 14. 20. 2. Cor. 13. 11*

Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. *Ephes. 6. 13*

Propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi. *1. Petr. 1. 13*

Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim. *Phil. 3. 12. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. v. 15*

Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu. *Coloss. 1. 28*

Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. *2. Tim. 3. 16*

Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *1. Cor. 13. 4*

T I

TITULUS XIV.

Primum.

Perjurium prohibetur.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. *Exod. 20. 7. Deut. 5. 11*

Non perjurabis: Reddes autem Domino juramenta tua. *Matth. 5. 33*

Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus. *Lev. 19. 12*

Perjuri & falsi crimine.

Secunda *Legis* est ratio, pro quarum ablatione promittit Pharaon populum dimittere, nec facit: quare additur tertia *Cisiphum*, & quarta *muscarum*, propter quas curus Pharaon promittit se filios Israel dimissionem, quod non facit. *Exod. 8*

Anima, quæ juraverit, & protulerit labiis suis, ut vel male quid faceret vel bene, & idipsum juramento & sermone firmaverit, oblitæque postea intellexerit delictum suum, agat penitentiam pro peccato, &c. *Lev. 5. 4*

Saul, placatus voce Jonathæ, juravit, se nihil mali amplius Davidi velle facere, sed perire, & statim David iterum interfecit. *1. Reg. 19. 6*

Si peccaverit homo in proximum suum, & habuerit aliquid juramentum, quo teneatur adstrictus, & venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies de celo. *3. Reg. 8. 31*

Ece vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulteri, jurare mendaciter, libare Baalam, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. *Jerem. 7. 8*

Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis tertæ: quia omnis fur, sicut ibi (*in lege*) scriptum est, judicabitur: & omnis jurans, ex hoc similiter judicabitur. *Zach. 5. 3*

Et accedam (*ait Dominus*) ad vos in judicio, & ero testis velox maledicis, & perjuris, & qui salumantur mercedem mercenarii, viduas & pupillos: & opprimunt peregrinos, nec timeverunt me, dicit Dominus Exercituum. *Malach. 3. 5*

Et intravit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius juramentum, quod juravit: & mandavit destrueri murum in gyro. *1. Mach. 5. 62*

Ultimus locutus est cum eis (*Judeis*) verba pacifica: & juravit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris. Et crederunt ei: sed perjuris ipse comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in una die. *Ibid. 7. 15*

Et incubuit timor & tremor in omnem populum (*Judeorum*): quia dixerunt: Non est veritas, & judicium in eis: transgressi sunt enim constitutum, & jusjurandum quod juraverunt. *Ibid. v. 18*

Simen misit petram a Trifhone pecuniam, una cum filiis Jonathæ, ad eius redemptionem; Trifphon autem, accepta pecunia, patrem occidit cum filiis. *Cap. 13. Sic etiam Demetrius fodas cum Jonathæ initum prævaricatus est. Cap. 11*

Unde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat ut Oniam interficeret. Qui cum venisset ad Oniam, & datis dextris cum jurejurando, (quamvis esset ei suspectus) suavis de Atylo procedere, statim eum peremit, non veritus justiciam. Ob quam causam non solum Judæi, sed alia quoque nationes indignabantur, & moleste ferebant de nece tanti viri injusta, &c. *2. Mach. 4. 34. Vide & c. 12. 3*

Et iterum negavit (*Petrus*) cum juramento: Quia non novi hominem. *Matth. 26. 72*

TITULUS XV.

Permissio contra voluntatem.

Jacob permisit abduci Benjamin filium suum, tenere dilectum, non libenter, sed propter necessitatem circumstantiam, ad instaurandam filiorum. *Gen. 43. 1*

Moyse permisit dari libellum repudiis olivæ uxoris Judæorum, quia timebat in eis uxoricidium. *Deut. 24. 1*

Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos & centuriones, — Dixitque rex ad populum: Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non exibis — quia tu unus pro decem millibus computaris: melius est igitur, ut sis nobis in urbe presidium, Ad quos rex ait. Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. *1. Reg. 18. 1*

Cognovit Simon, quod Trifphon cum dolo loqueretur, petens filium Jonathæ, & certum talentis argenti: Iussit tamen dari argentum & pueros: ne forte adversus se inimicitiam populi concitaret. *2. Mach. 13. 17*

TITULUS XVI.

Persecutio. Vide & Crux & Tribulatio.

Persecutionis piorum exempla.

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumque essent in agro, confur-

rexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *Gen. 4. 8*

L e d

Leib fratrem Abrahami pium abducent tyranni captivum in mancipium cum omnibus que & que habebat. Gen. 24. 12.

Persecutus est *Ismael* alienigena *Isaacum* inquilinum. Unde dicit *Apostolus*: *Ibid.* 11. 9. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequetur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc, &c. *Galat.* 4. 29.

Persequitur *Eliu* pium fratrem *Jacob*, ut ne occidatur, fugam arripere sit coactus. Gen. 27. 42. Persecutus est rex *Pharao* & *Aegyptii* filios *Israel*. *Exod.* 14. 8. Vide totam *Historiam* variis. Afflixeruntque nos *Aegyptii*, & persecuti sunt, imponentes onera gravissima. *Deut.* 16. 6. Item c. 25. 14. c. 24. 1. c. 26. & variis *libris* locis persecutus est *Saul* innocentem & pium *Davidem*. 1. *Reg.* 19. 8.

Eundem *Davidem* persequitur *Absalom* filius: nequam. 2. *Reg.* 15. 14. Vide & c. 17. 21.

Persequi jurat *Jezebel* *Eliam* prophetam. 3. *Reg.* 19. 1.

Et ait Rex *Israel*: Tollite *Micham* (Prophetam) -- & mitte virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiae, &c. *Ibid.* 22. 26.

Persequitur sui crudeliter *Araam* gentem *Judaeam*. *Ezech.* 3. 8.

Sic etiam impius rex *Sennacherib* persequitur & occidit vult suum *Tobiam*. *Tob.* 1. 22.

Sedecias persequitur *Jeremiam*, & in carcerem mittit. *Jer.* 37. 15.

Et dixerunt Principes Regi (de *Jeremia* Propheta): Rogamus ut occidatur homo iste -- Et dixit rex *Sedecias*: Ecce ipse in manibus vestris est -- Tulerunt ergo *Jeremiam* & proferunt eum in lacum, &c. qui erat in vestibulo carceris: & submerserunt *Jeremiam* sinitibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum. *Ibid.* 38. 4.

Ananias, *Misael*, *Azarias* volentes adorare statuum, quam rex *Nabuchodonosor* exercebat, ligati mittuntur in fornacem ignis ardentis. *Dan.* 3.

Miratur pium *Daniel* in lacum leonum, sed illisus evasit. *Ibid.* 6. 16. Vide & c. 14. 30.

Persecutio *Ecclesia* magna ab *Antiocho*. 1. *Mach.* 1. 23. Vide & 2. *Mach.* 5. 16.

Tunc *Herodes* videns quoniam illisus est a *Magis*, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in *Bethlehem*, & in omnibus finibus ejus, a binatu & infra. *Matth.* 2. 16.

Herodes persecutus est & interfecit *Joannem Baptistam*. *Ibid.* 14. 10.

Persequuntur *Pharisaei* eum natum propter resurrectionem ejus a *Christo*; *Jo.* 9. 23. Vide tot. cap.

Gogitaverunt autem principes Sacerdotum, ut & *Lazarum* interficerent: quia multi propter illum abibant ex *Judaeis*, & credebant in *Jesusum*. *Ibid.* 12. 10.

Persequuntur *Pharisaei* discipulos *Christi*, &c. *Matth.* 4. 3. Vide & c. 5. 18. persecutionem *Apostolorum*.

Synagogae falsi testes & concilium totum persequuntur *Stephanum*. *Act.* 6. 12. Vide & c. 7. 1.

Facta est autem in illa die persecutio magna in *Ecclesia* quae erat *Jerosolymis*, & omnes dispersi sunt per regiones. *Ibid.* 8. 1.

Cum autem impleverit dies multi, concilium fecerunt in unum *Judaei*, ut eum interficerent (*Paulum*). *Ibid.* 9. 23.

Eodem autem tempore misit *Herodes* rex manus, ut affligeret quosdam de *Ecclesia*. Occidit autem *Jacobum* fratrem *Joannis* gladio. Videns autem quia placeret *Judaeis*, apposuit ut apprehenderet & *Petrum* -- Quem cum apprehendisset misit in carcerem, &c. *Act.* 12. 11.

Judaei autem concitaverunt mulieres religiosas, & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persecutionem in *Paulum* & *Barnabam*: & ejecerunt eos de finibus suis. *Act.* 13. 50.

Et cucurrit plebs adversus eos (*Paulum* & *Timotheum*): & magistratus, scissis tunicis eorum, jussert eos virgis caedi. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, &c. *Ibid.* 16. 22.

Demetrius argentarius gravem adversus *Paulum* seditionem excitavit. *Ibid.* 19. 24.

Et omnes, qui sic volunt vivere in *Christo* *Jesuso*, persecutionem patientur. 2. *Tim.* 3. 12.

Persecutorum *Ecclesia* Dei & piorum eius civium dux, *Exemplum*.

Pharao propter persecutionem qua persecutus est filios *Israel*, decem plagas afflixit *Deo*: Et tandem submersus in mari rubro cum omni exercitu. *Exod.* 7. & 8. & 9. &c. c. 14. 28.

Jesus in regem *Israel* misit per prophetam mandavit *Deus* ut deceret domum *Achab*: occidit ergo *Joaram* cum *Ochozias*, rege *Juda*, & corpus *Jezebel* a fenestra *Istus* iussu praecipitata cabes devorant, juxta *Eliam* vaticinium. 4. *Reg.* 9.

Sic & *Achab* juxta *Micheam* prophetiam in bello occiditur. 2. *Par.* 18. 33.

Propter *Rabsacas* blasphemiam, percussit *Angelus* *Domini* 185000. *Assyriorum*, quare *Suzianus* *Sennacherib* in templo *Idolorum* *Sorum* a filijs suis occiditur. 4. *Reg.* 19. 33. Vide & *Tob.* 1. 21. 1. *Mach.* 7. 41.

Sic *Holofernes* persecutor *Judaeorum* occidit per manus *Judith*, sic & *Aman*. *Judith.* 13. 10. *Esth.* 7. 10.

Porro viros illos qui miserant *Silrach*, *Misach*, & *Abdenago* (in ignem), interfecit flamma ignis. *Dan.* 3. 22.

Daniel supra *Satrapas* regni constituitur, & accusatus, quod regis edictum non servasset, quia *Deum* caeli orabat, missus est in lacum leonum, sequentibus die illisus eductus, immisit ac subitis dilaniatis eius accusatoribus. *Ibid.* 6.

Nitaner, praemis ad *Deum* precibus cum toto suo exercitu a *Judaeis* occisus est, amputato *Istus* capite ac decerto, quam *irrisu* *Judaeorum* sacrificiis superbo locum sanctum exultavit. 1. *Mach.* 7. 47.

Alcimus ob impia in locum sanctum opera percussus a *Deo* *paralyse*, mortuus est. 1. *Mac.* 9. 35. Vide totam *Historiam* *Macedonum*.

Herodes *Agrippa* fratrem *Joannis* gladio feriens, & *Petrum* in carcerem mittens, iussu *Dei* *judicio* horribili morte perit; nam contumptus a *veimbis*, exspiravit. *Act.* 12. 23.

TITULUS XVII.

Perseverantia & Constantia in Professio. Vide & Constantia.

Digna & exempla.

Angeli) Eduxeruntque eum (*Leib*) & posuerunt extra civitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salva animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regionem: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Respicensque uxor ejus post se, versa est in statuum salis. Gen. 19. 17.

Singulis diebus molesta erat *Jesse* *Domina* sua: & tamen perseveranter resistebat operari nefario. *Ibid.* 19. 10.

Dure reprobusus *David* a fratre suo minore, & etiam *Absalon* a *Saule*, non desistit ab incepto, & vincit pugnavit, & *Goliath* vicit. 1. *Reg.* 17. 28. &c.

Perseveranter egit *Joab* in obsequio *Rabab*, donec capta fuit civitas. 2. *Reg.* 12. 26.

Item in proelio contra *Absalom*. *Ibid.* 18. 2.

Et contra *Sebam* filium *Boethi* in obsequio civitatis *Abela*. *Ibid.* 20. 8.

Quamvis *Sedecias* in edificando multa passus fuit impedimenta, non tamen cessavit ab opere, donec murus fuit totaliter constitutus. 2. *Ezdr.* 4. 6. Vide v. 11.

Eliachim sacerdos magnus alicuius est omnem *Israel*: dicens: Scitote, quoniam exaudiet *Domini* preces nostras, si manentes permaneritis in jejuniis, & orationibus in conspectu *Domini*. *Judith* 4. 1.

Martha sua constantiter persistit in professio, ut non solum adorare voluerit *Aman*, sed nec ei assurgere transiret. *Ezdr.* 3. 2. Vide & c. 5. 9.

Et dixit *Domini* ad *Satan*: Numquid considerasti servum meum *Job*, quod non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus ac timens *Deum*, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. *Job.* 2. 3.

Superbi inique agebant utqueaque: a lege autem tua non declinavi. *Ps.* 118. 57.

Ne amuletis hominem injutum, nec imiteris vias ejus: quia abominatio *Domini* est omnis illulor. *Prov.* 3. 31.

Non amuletur cor tuum peccatores: sed in timore *Domini* esto tota die: quia habebis spem in novissimo, & prolatio tua non auferetur. *Ibid.* 23. 17.

Si autem avertit de iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes iustitiae ejus quas fecerat, non recordabuntur: in pravicatione, qua pravificatus est, & in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. *Ezech.* 18. 24.

Etiamsi dixerit iustus, quod vita vivat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiae ejus oblivioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. *Ibid.* 32. 13.

Seris *Demetrius* constantiter dixerunt regi *Babyloni*: Notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuum auream, quam exivisti, non adoramus. *Daniel.* 3. 18.

Non interfecit *Daniel* propter crudelitatem *decretum* *Darii*, quia oravit in die, sicut ante consueverat, ad *Domini* *Deum* suum. *Ibid.* 6. 10.

Constantiter resistit *Suzanna* *duobus* *prophetis* *statuibus*, qui eum cum *verberamentis* *pulsatione* tentabant. *Ibid.* 13. 20.

Depreme cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne seclines in tempore obductionis. Sustine perturbationes *Dei*: conjungere *Deo*, & sustine, ut crederet in novissimo vita tua, &c. *Ezch.* 2. 2.

Sacrificium iusti acceptum est, & memoria ejus non obliviscetur *Domini*. *Ibid.* 35. 9.

Et multi de populo *Israel* desolaverunt apud se, ut non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quam his coquinari immundis. 1. *Mac.* 1. 63.

Miram constantiam & perseverantiam habuit *Eitazanus* in tormentis, & magis elegit gravissima mortem *Pantri*, quam contra legem carnes edere *porcinas*, vel simulare se commisisse. 2. *Mac.* 6. 18.

Septem illi fratres cum pia matre sua bene perseveraverunt usque in finem, nec poterant ad pravarticationem legi abiaci *blaxandis*, nec tormentis. *Cap.* 7. per totum.

Et citis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Matth.* 10. 22. Idem verbatim habetur *Cap.* 24. 13. *Matth.* 13. 13.

Vide ibi peccatum exemplum in muliere chanaan, que non intermisit Christum alloqui, & ad misericordiam movere, *ter. repulsa. Matth. 15. 22.*

Ex hoc (*scilicet quia dixerat eis: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo*) multi discipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant. *Joan. 6. 66.*

Cæcus natus a Domino illuminatus constanter perseveravit, contra Phariseos veritatem confitens atque defendens. *Joan. 9. per actum.*

Omnes discipuli Domini erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, *oc. Act. 1. 14.*

Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. *ibid. 2. 42.*

Principes Judæorum Videntes autem Petri constantiam & Joannis, comperito quod homines essent sine litteris, & Idiote, admirabantur. *ibid. 4. 13. Vide & cap. 5. 23.*

Qui (*Barnabas*) cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei (*Antiochie*) gavisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino: quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto & fide. *ibid. 11. 23.*

Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Judæorum, & gentium adveniarum, Paulum & Barnabam, qui loquentes suadabant eis ut permanerent in gratia Dei. *ibid. 13. 43.*

Cumque evangelizassent civitati illi (*Derbe*) & circumissent multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam. Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide: & quantum per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *ibid. 14. 20.*

Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi protestatur (*Paulus*) dicens: quoniam vincula & tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum (*loquitur*) vercar, nec facio animam meam pretiosioram quam me. *ibid. 20. 23.*

Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permaneris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Rom. 11. 22.*

Itaque Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. *1. Cor. 15. 58.*

Ut jam non simus parvuli fluctantes, & circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, &c. *Ephes. 4. 14. Colossi 1. 23. c. 2. 7.*

Vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis. *ibid. 6. 18. Phil. 1. 13. 4. 1.*

Vos autem Fratres nolite desistere beneficiis. *2. Thes. 3. 13. Vide & 1. Thes. 1. v. 3. & 10. c. 1. 7. Galat. 6. 9.*

Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certaverit. *2. Tim. 2. 5.*

Participes enim Christi effecti sumus: ita tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmam retineamus. *Hebr. 3. 14.*

Capimus autem unamquamque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem: ut non leges efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hereditabunt promissiones. *ibid. 6. 11. Vide & v. 13. & c. 10. 23.*

Patientiam autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *Jacob. 1. 4.*

Vos quod audistis ab initio, in vobis permanent: si in vobis permanerit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. *1. Joan. 2. 24. Apoc. 1. 16.*

Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vite. *Apoc. 3. 10.*

Perseverantia in gregebus commendatur. *ibid. & exempla.*

Elias respellit precibus imperat eandem plebem a Deo. *3. Reg. 18. 40.*

In die tribulationis mee Deum exquiri, manibus meis nocte contra eam: & non sum deceptus. *Psalm. 76. 3.*

Domine Deus salutis mee, in die clamavi & nocte coram te. *ibid. 87. 1.*

Ecce mulier Chanaan — clamavit, dicens ei (*Christe*) : Misere mei Domine, fili David. &c. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum: dicens: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Nam sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine adjuva me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & canelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Domini domum suam. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier! magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. *Matth. 15. 22.*

Petite, & dabitur vobis: *Luc. 11. 9.* Et si ille perseveraverit pallans (*Chanaan*) : dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus ejus sit: propter improbitatem (*scilicet imperatorum*) tamen ejus surget, & dabit illi quotquotque habet necessarios, &c. *vide v. 8.*

Dicebat autem (*Christus*) & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere: *ibid. 18. 1.* *vide exemplum vidua v. 3. &c. vide ibidem exemplum ead. v. 39. qui non cessabat sibi promitteri ut non clamaret: Jesu, Filii David, misere mei.*

Omnes

Omnes erant perseverantes unanimiter in oratione. *Act. 1. 14. Vide & c. 2. 42. eadem verba.*

Orationi (*scilicet*) instantes. *Rom. 12. 12.*

Omnes omni tempore in Spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis. *Ephes. 6. 18. Vide 1. Thes. 5. 17.*

Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. *1. Petr. 4. 7.*

Deus Qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi. *1. Cor. 13. 1. 8.*

Propter quod peto ne deficiatis, &c. *Ephes. 3. 17.*

De cetero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. *ibid. 6. 10.*

Qui credit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu. *ibid. 1. 6.*

Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate (*scilicet*) *ibid. 2. 13. 1. Thes. 5. 24.*

In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus nosse, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, &c. *2. Thes. 1. 11.*

Deus autem pacis — aptet vos in omni bono. *ibid. 13. 20.*

Deus autem omnis gratiæ, qui vocat nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. *1. Petr. 5. 10.*

TITULUS XVIII.

Personæ.

Personarum acceptio illicita, nec Deus personam respicit.

Vide & acceptio Personarum.

Non facies quod iniquum est, nec injuste iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, iuste iudica proximo tuo. *Levit. 19. 15.*

Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis at magnus: nec accipietis cuiquam personam, quia Deus iudicium est. *Deut. 1. 17.*

Quia Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec manera. *ibid. 10. 17.*

Non accipies personam, nec manera. *Deut. 16. 19.*

Et dixit Dominus ad Samael: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem stature ejus (*Eliab*) quoniam abiecit eum, nec juxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor. *1. Reg. 16. 7.*

Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. *2. Paral. 19. 7.*

Non enim fabricaret personam ejusdem Deus, nec versobit magnitudinem cubitum: quoniam pusillum & magnum ipse lecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. *Sap. 6. 8.*

Qui non accipit personas principum: nec cognovit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum ejus sunt universi. *Job. 34. 19.*

Accipere personam impii (*in iudicio*) non est bonum, ut declines a veritate iudicii. *Prover. 18. 5.*

Hæc quoque sapientibus (*dicta*) : Cognoscere personam in iudicio non est bonum. *ibid. 24. 23.*

Qui cognoscit in iudicio faciem, non beneficius: iste pro buccella panis deturrit veritatem. *ibid. 28. 28.*

Etiã qui perdit animam suam pro consuetudine, & ab imprudenti personâ perdet eam: persona autem acceptio perdet se. *Ecclesi. 20. 22.*

Et non inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus iudex est, & non est spem illius gloria personæ. Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem illius exaudiet. *ibid. 35. 13. Ha. 11. 3.*

Ne accipias personam, ut delinquas. *ibid. 41. 1.*

Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non servastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Numquid non pater populi omnium nostram? numquid non Deus manus creavit nos?quare ergo despicit unumquemque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? *Malach. 2. 9.*

Magister (*ajunt Pharisei testantes eum*) scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. *Matth. 23. 16. Item Matth. 23. 14. verbum: Item verbum Luc. 20. 21.*

Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptio Deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. *ibid. 18. 24.*

Non enim est acceptio personarum apud Deum. *Rom. 2. 11. 24. Ephes. 6. 9.*

Deus personam hominis non accipit, mihi enim qui videbatur esse aliquid, nihil contulerunt. *Galat. 2. 6. 1. Petr. 1. 17.*

Qui enim injuriam facit, recipiet id quod inique gessit: & non est personarum acceptio apud Deum. *Galat. 3. 23.*

Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi glorie. *Jacob. 2. 1.* Si autem personas accipitis, peccatum operamini, rearguiti a lege, quasi transgressores. *Ib. v. 9.*

Periuriones mala. Vide Consilia mala.

TITULUS XIX.

De.

Pedes, afflicti, cogitationes, consilia, opera, & progressus hominum cum piorum eum infortium in hac vita significant.

Deus pedes sanctorum suorum servabit, & impii in tenebris conticebunt. *1. Reg. 2. 9.*
 Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. *Job 17. 17.*
 Infixa sunt gentes in interitum quem fecerunt: in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. *Psal. 9. 16.*

Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellit de laqueo pedes meos. *ib. 15. 15.*
 Lucerna (Dei) pedibus meis verbum tuum; & lumen semitis meis. *ib. 118. 105.*
 Non det (Deus) in commotionem pedem tuum. *Ibid. 120. 3.*
 Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. *Luce. 1. 79.*
 Et gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. *Matr. 12. 13.*

TITULUS XX.

Petitio. Vide & Oratio.

Petitiones & orationes filiorum nos vana.

Cum levaret Moyses manus, vincebat Israel, &c. *Exod. 17. 11.*
 Et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudivit eum Dominus. *1. Reg. 7. 9.*
Uxor Elias: Vivit Dominus Deus Israel, in casus conspectu isto, si erit annis his ros & pluvia, nisi juxta omnia mei verba. *3. Reg. 17. 14.* *Jacob. 5. 17.*
 Respondenteque Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, & devoravit te, & quatuoraginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo, & devoravit eum, & quatuoraginta qui erant cum eo. *4. Reg. 1. 10. Vide & v. 12.*
Orationes & petitiones sua suscitavit Elissus filium Sannatitidis mortuum. *Ibid. 4. 37.*
Ezechias convalescit ad Dominum pro liberatione petiit, & exaudivit. *Ibid. 19. 1.*
 Job autem servus meus orabit pro vobis: faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputeur stultitia. *Job 42. 8.*

Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. *Psal. 54. 5.*
 Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae. *Ibid. 4. 2.*
 Et scitote, quoniam misericors Dominus sanctum suum: Dominus exaudivit me cum clamavero ad eum. *Ibid. v. 5.*
 Desiderium pauperum exaudivit Dominus; preparationem cordis eorum audivit auris tua. *Ibid. 10. 17.*

In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi: & exaudivit de templo sancto suo vocem meam; & clamor meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus. *Ibid. 17. 7.*

Non speravit, neque desepxit (Dominus) deprecationem pauperis: nec avertit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum, exaudivit me. *Ibid. 21. 25.*

Domine Deus meus, clamavi ad te, & sanasti me. *Ibid. 29. 3.*
 Exaudivisti Domine vocem orationis meae, dum clamarem ad te. *Ibid. 30. 23.*
 Exaudivit Dominus, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. *Ibid. 33. 5.*

Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos; & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *Ibid. v. 18.*

Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me, Domine Deus meus. *Ibid. 37. 16.*
 Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi, & exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae & de luto foecis. *Ibid. 39. 3.*

Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus salvabit me. Velpere, & mane, & meridie narabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. *Ibid. 34. 17.*

Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & victos suos non desepxit. *Ibid. 68. 34.*

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, & intendit mihi. In die tribulationis meae Domine exaudivi, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus. *ib. 76. 2.*

In die tribulationis meae clamavi ad te (ad Dominum); quia exaudivisti me. *ib. 85. 6.*
 Quoniam in me speravi, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. *Clama-*

Clama-

Clamabit ad me, & exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. *Psal. 90. 14.*

Moyles & Aaron in sacerdotibus ejus: & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus: invocabant Dominum, & ipse exaudivit eos: in columna nubis loquebatur ad eos. *ib. 98. 6.*

Deus respexit in orationem humilium: & non speravit precem eorum. *Ibid. 101. 18.*
 De tribulatione invocavi Dominum: & exaudivit me in latitudine Dominus. *Ibidem 117. 5.*

Ad Dominum cum tribularet clamavi, & exaudivit me. *Ibid. 119. 1.*
 Prope est Dominus omnibus invocantibus eum: omibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & salvos faciet eos. *Ibid. 144. 7.*

Longe est Dominus ab impiis, & orationes justorum exaudiet. *Prov. 15. 29.*

Populus enim Sion habitabit in Jerusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui statim tu audierit, respondebit tibi. *Ipsa. 30. 19.*

Et misit Iffais filius Amos ad Ezechiam, dicens: Haec dicit Dominus Deus Israel: pro quibus rogasti me, & exaudivi te; &c. *Ibid. 37. 21.*

Et factum est verbum Domini ad Iffaiam, dicens: Vade, & dic Ezechiae, haec dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam; & vidi lacrimas tuas: ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum erua te, & civitatem istam, & protegam eam. *Ibid. 38. 4.*

Haec dicit Dominus: In tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui. *Ibid. 49. 8. Item respicit 2. Corint. 6. 2.*

Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicit: Ecce assum; si abstuleris de medio tui ceteram (peccatorum), & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. *Ibid. 48. 9.*

Electi tui non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semina benedictionum Domini est, & nepores eorum cum eis. Eruntque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. *Ibid. 65. 23.*

Et invocabis me, & ibitis: & orabis me, & exaudiam vos, &c. *Jerem. 29. 12.*

Clama ad me, & exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia, & firma, quae nescis. *Ibid. 33. 3.*
 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, invenit: & pulsanti aperietur, &c. *Matth. 7. 8.*

Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quaecumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. *Ibid. 18. 19.*

Et omnia, quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Ibid. 21. 22. Item Marti 11. 24. Luc. 17. 9. Joan. 16. 23.*

Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. *Johan. 14. 13.*

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. *Ibid. 17. 7.*

Et cum orasset, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. *Act. 4. 31.*

Mediti autem nocte, Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audivant eos, qui in custodia erant. Subito vero terrae motus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & universorum vincula soluta sunt. *Ibid. 16. 25.*

Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropriet: & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil habentis, &c. *Jacob. 1. 5.*

Quia oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. *1. Petr. 3. 12.*

Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata ejus custodimus, & ea, quae sunt placita coram ipso, facimus. *1. Joan. 3. 21.*

Et haec est fiducia, quam habemus ad Deum: Quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos, &c. *Ibid. 5. 14.*

Petitiones iusta esse debent. Exempla.

Stientisque valde (Samson) clamavit ad Dominum, & ait: Tu delisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque victoriam: eni firmitior: incidamque in manus incircumcisorum. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aquae. Quibus haustus recollavit spiritum, & vires recepit. *Judic. 15. 18.*

Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, sicut largiret, & votum vovit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillae tuae: desiderique servae tuae fecerim virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitae ejus: & exaudivit Dominus petitionem. *1. Reg. 1. 10. Vide etiam caput. Vide sancti. Luc. 1. 13.*

Thesaur. Biblic.

Et

Pla-

Placuit ergo sermo coram Domino : quod Salomon postulasset huiuscemodi rem (*sc. sapientiam*), & dedit illi hanc & divitias, &c. 3. Reg. 3. 10

Peccati Eliphaz apostolici spiritum Elia, & accepit. 4. Reg. 3. 9
Persecutionum iniquitatum exempla.

Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos secleratos, & servimus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc seram vobiscum foedus, utrum amicum vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel. 1. Reg. 11. 1

Precor, ut dicas Salomoni regi --- ut det mihi Achisag Samniticam uxorem, &c. 3. Reg. 2. 17

Dixit mater salomon Zebaid ad filium: Die ut ledeat hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram, in regno tuo. *Mata. 20. 21. Marc. 10. 37*

Herodias filia perivit a Rege, dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistae. *Marc. 6. 25*

Pietas. *Vide Adoratio. Bona opera. Invoctio. Opera. &c. &c.*
Pietas mulierum. Vide Mulierum Pietas.

TITULUS XXI.

Pignus.

Pignus salutis nostrae est Spiritus Sanctus.

Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. *Rom. 8. 16*

Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. *Ibid. 5. 5*

In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis (Evangelium salutis vestrae) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. *Ephes. 1. 13*

Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis. *Ibid. 4. 30*

TITULUS XXII.

Pigrificia. Vide & Accidia, & Negligentia.

Pigrificia damnatur.

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. *Prov. 13. 4*

Pigredo immitit foporem, & anima dissoluta estur. *Ibid. 19. 15*

Abcondit piger manum suam sub accella, nec ad os suum applicat eam. *Ibid. v. 24*

Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. *Ibid. 10. 13*

Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus ejus operari, &c. *Ibid. 21. 25*

Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. *Ibid. 22. 13. Idem v. 26. 28*

Pigrificia mala.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo astate, & non dabitur illi. *Prov. 20. 4*

Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est. *Ibid. 21. 5*

Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleverant stulticia, & operuerant superficiem ejus spinæ, & maceria lapidum destructa erat. *Ibid. 24. 30*

Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, paucillum manus conferes, ut quietus & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicatus quasi vir armatus. *Ibid. v. 33*

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem seclatur otium, replebitur egestate. *Ibid. 28. 19*

Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & supereminavit Zizania in medio viticis, & abiit. *Matt. 13. 25*

TITULUS XXIII.

Plaga Dei seu vindicta.

Hominis peccata sperere Diluvii causa. *Gen. 6. Vide & cap. 18. Sodomorum eversum.*

Moses & Aaron ad Pharaonem loquentur, virgam vertunt in Serpentem, & aquam virga percussam in sanguinem, qua etiam faciunt magi Pharaonis suis incantationibus, quam ob causam Pharaon magis inardatur. *Exod. 7*

Secunda Egypti plaga est ranarum, pro quibus ablatione promittit Pharaon populum dimittere, nec facit: quare additur tertia Ciurphum, & quæta malarum, propter quæ rursus promittit Pharaon se filios Israel dimissurum, quod non facit. *Ibid. 8*

Quinta plaga est pestis in iumentis, sexta alicorum, septima grandinis, ad quam promittit Pharaon se dimissurum populum si cesset, verum nec id compler. Nullus autem filiorum Israel in liti malis ali-quid passit domari. *Ibid. 9*

Octava plaga est leucisurum, quibus ablati, eductus Pharaon ne sic quidem iuxta conditum dimittit populum: quapropter non additur, nempe tenebrarum densissimarum. *Ibid. 10*

Fædum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Egypti,

pti, a primogenito Pharaonis, qui in folio ejus sedebat, usque ad primogenitum captivæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum jumentorum --- & ortus effi clamor magnus in Egypto: neque enim erat domus in qua non faceret mortuus. *Exod. 12. 29*

Pharaon Israelens persequens, & mans per sicum post illum ingreditens, cum universo equitatu & curibus submergitur. *Ibid. 14*

Fames in terra, & pestilentia, arugo & aurugo, locustæ & bruchus, bellum, hostes, vastata regionum, & portarum civitatis obfissa, omnisque plaga & infirmitas. 2. Paral. 6. 28

Et convertit in sanguinem flumina eorum, & imbes eorum, ne biberent. *Psal. 77. 44. Respiciat ad illud Exod. 7. 20*

Quod si dixerit ad te: Quo egredimur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captivitatem, ad captivitatem. *Jerem. 17. 2*

Pluvius. Vide lacrima.

TITULUS XXIV.

Pœna.

Pœna peccati non statim universa committitur remissa culpa.

Dixitque Dominus (Moses peccati a Domino veniam peccatorum populi Israel.) Dimisi juxta verbum tuum --- sed qui peccaverunt non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum, nec quinquem esse illis qui detrahit mihi, intuebitur eam. *Num. 14. 20*

Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. *Alterum filius ejus mortuus & David virgo punitus est. 2. Reg. 12. 13*

David ob numeratum populum a Gad propheta correptus, ex tribus oblati flagellis pœnem triduanam elegit, qua in populum saviente, ac 70000, interemptis, orat David Dominum, & Gad propheta ad-mittit in arena Arama, dato pretio, altare erigit, edisque passis. *Ibid. 24*

David populum numerando Deum offendens, pœne quam ex tribus elegit, percussit, donec Dent oratione placaret, & altare in arena Jebusi erigeret. 1. Paral. 21

Pœna divina exempla.

Graviter punit Deus peccatum primorum parentum, quod ipsi eradebant veniale, nec ita durum puniendum fore. *Gen. 3. 16. ad finem.*

Originali mundo Deus non pepercit, sed ipsum pœne totum diluvii inundatione delevit. *Ibid. 7. 21*

Quinquæ civitates propter peccatum Sodomiticum sententes ignis consecrationis consumpta sunt per Angelo: a Dio missas. *Ibid. 19. 24*

Pharaon cum omni exercitu, persequens filios Israel in mare rubro submersi sunt. *Exod. 14. 27*

Quia populus Amalec voluit impedire filios Israel euntes in terram promissionis, dixit Dominus: ad-Mosem: delebo enim memoriam Amalec sub celo. *Ibid. 17. 8*

Propter vitulum, quem adoraverunt populi, ceciderunt una die 23000. hominum. *Ibid. 32. 28*

Egressus est ignis a Domino, & decoravit Nadab & Abiu filios Aaron, quia acceptis thuribulibus ignem alienum & incensum desuper posuerunt, & coram Domino obtulerunt. *Lev. 10. 1*

Fussit Dominus perierum blasphemum extra castra dæci, & ad universo populo lapidari. *Ibid. 24. 11*

Carnebus quæ miserat Dominus videlicet filios Israel, adhuc existentibus in dentibus eorum, percussit Dominus populum plaga magna nimis. *Num. 11. 33*

Percussit Dominus Mariam lepra, quia locuta est contra Moysen. *Ibid. 12. 10*

De sexcentis millibus virorum, qui numerati sunt, nullus intravit terram promissionis propter eorum peccata præter Caleb & Josue, sicut minatus est Dominus. *Ibid. 14. 23*

Ligna colligens in Sabbato, fuit præcepto Domini lapidatus. *Ibid. 15. 32*

Terribili morte occidit Dominus Coræ & complures ejus. *Ibid. 16. 1*

Resistantem ad aquas contradictionis Moysen Dominus dure punitit, eum tamen usque tunc tam sanctis & fideliter se gessit, tam ad Deum, quam erga populum. *Ibid. 20. 11*

Misit Dominus serpentes ignitos in populum, quia cadaverat eos invidiæ & laboris, & dixerat: Cur eduxisti nos de Egypto? &c. *Ibid. 21. 4*

Abraham filius Charmi cum tota cognatione & sepelisset suam miserere perit, quia abstulerat de anathemate Jereho. *Johne 7. 24*

Ero peccato in uxore Levite commisso, tota tribu Benjamin, exceptis sexcentis hominibus, fuit, Dominus iubente, deleta. *Judic. 20. 1*

Heli peccante filios corripit, sed leviter, propter quod ipse in eis & cum eis punitus est. 2. Reg. 2. 22

Quia Saul obtulit holocaustum contra mandatum Samuelis, reprobatum fuit. Et quia regem Agag, Amalec, & Grege orium reservaverat. *Ibid. 13. 13. cap. 15*

Abducente David arcam Domini super planstram, Oza tenuit eam, ne caderet, quia hoc lascivus, inclinatior eam, & percussit eum Dominus super temeritate ista, & mortuus est ibi. 2. Reg. 6. 6

Propter peccatum Saul puniti sunt alii de domo sua, etiam post mortem eius, & propter eum. *Ibid. 21. per totum.*